Ephraem Syrus; Assemani, Giuseppe Simone [Hrsg.]: Sancti Patris Nostri Ephraem Syri Opera Omnia: quae exstant, graece, syriace, latine; in sex tomos distributa; ad MSS. Codices Vaticanos aliosque castigata, multis aucta, Nova interpretatione, Praefationibus, Notis, variantibus Lectionibus illustrata: Nunc primum sub Auspiciis Sanctissimi Patris ... Pontifecis Maximi e Bibliotheca Vaticana (Tomus Primus Graece, Et Latine)

1732 Seite 214



tem & quæcumque pellucentia ; & ſede intus , aſpicieſque quantum habeant dolorem tenebræ , ubi ſine labore & tormento verſaris , atque arbitratu tuo potes , cum volueris , aperire atque exire . Qualem igitur habere tibi dolorem videntur tenebræ illæ exteriores , ubi fletus ac ſtridor dentium ? Conſidera intus caminos tui ipſius foci , & attolle oculos verſus ortum ſolis , ac cerne differentiam , tenebrarumque opera fuge . Vitium tenebræ , virtus vero lumen eſt . Vitium dum inveſtigatur , ſuos denigrat operarios ; at virtus dum exercetur , ſuos cultores illuſtrat . Ne exiſtimes , cariſſime , te ſolum præ cunctis hominibus affligi : nam omne caput in labore , & omne cor in mœrore . Et quemadmodum fieri nequit , ut aliquis ſuper terram effugiat hunc aërem : ita impoſſibile eſt homini , quandiu in hoc ſæculo eſt , tribulationibus atque moleſtiis non tentari . Et ii quidem , qui terrenis rebus diſtrahuntur , per hujuſmodi quoque affligentur : qui vero ſpiritualia conſectantes , in ſpiritualibus laborant , hi beati erunt : fructus enim ipſorum multus in Domino . Patientia perfecta tibi ſit , in quo vocatus es opere . Firma anchoras ac funes , ne in pelagus paulatim navis tua impellatur ; & tunc docebit te experientia , quali pace in portu conſtitutus fruereris . Mundus aſſimilatur pelago ; portus vero eſt vita religioſa . Noli eſſe amator evagationis , ſed potius per patientiam ex aliorum ſcandalis , dum peregrinantur , lucrum cape . Atque ut hoc quoque dicam , quando univerſum obierimus mundum , nonne tandem nos cella manebit , ſi ſalutem aſſequi voluerimus ? Si porro in cœnobio non perſeveramus , & dum ſoli ſumus , non quieſcimus : ubi igitur noſtrum diverſorium erit ? Simile hoc illi eſt , qui dicit ſe neque ſolis calorem ferre poſſe , neque etiam umbram . Et ubi tandem conſiſtemus ? Vereor equidem , ne caminus ille nos excipiat . Quare caveamus nobis ab acidia , neve laboris tædium conſectemur . Si vincti Salvatoris noſtri Dei ſumus , ne vincula tribulationum erubeſcamus , ſed cum gaudio illa ſuſtineamus , adventum ejus e cœlo exſpectantes , ut nos choro ſanctorum adſcribat . Qui enim paſſionum ipſius ſocii fuerint , etiam conſolationis participes erunt . Si quis porro opus laboris ægre ferat : quot ſunt ſecundum mundum manibus ac pedibus laborantes , homines divites , multiſque ſtipati , qui

*Matth.* 8. *Luc.* 13. *2. Cor.* 1.

A διαυγάζοντα, καὶ κάθου ἔσω, καὶ ὄψῃ ὁποίαν ὀδύνην ἔχει ἡ σκοτία, ὅπου δίχα πόνου καὶ βασάνου καθεζόμενος, καίτοι ἐν ἐξουσίᾳ σου κεῖται ὁπόταν βουληθῇς ἀνοῖξαι καὶ ἐξελθεῖν. Ὁποίαν οὖν δοκῇ σοι ὀδύνην ἔχειν τὸ σκότος ἐκεῖνο τὸ ἐξώτερον, ἔνθα ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων; Κατανόησον ἔνδον τοὺς καπνοδόχους τῆς ἑαυτοῦ ἑστίας, καὶ ἀνάτεινον τοὺς ὀφθαλμοὺς τῇ ἀνατολῇ τοῦ ἡλίου, B καὶ ἴδε τὴν διαφορὰν, καὶ φεῦγε τὰ ἔργα τοῦ σκότους. ἡ κακία σκότος ἐστὶν, ἡ δὲ ἀρετὴ, φῶς· ἡ κακία ἐξερευνωμένη μελανοῖ τοὺς ἑαυτῆς ἐργάτας, ἡ δὲ ἀρετὴ γυμναζομένη λαμπροὺς ἀποκαθίστησι τοὺς κατωρθωκότας. Μὴ νόμιζε, ἀγαπητὲ, ὅτι σὺ μονώτατος θλίβῃ παρὰ πάντας, πᾶσα γὰρ κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην. Καὶ ὥσπερ οὐ δυνατὸν, τινὰ τὸν ἀέρα τοῦτον ἐκφυγεῖν ἐπὶ γῆς ὑπάρχοντα, οὕτως ἀδύνατον ἀνθρώπῳ C μὴ πειρασθῆναι θλίψεων καὶ πόνων ἐν βίῳ ὑπάρχοντι. Καὶ οἱ μὲν περὶ τὰ γήϊνα περισπώμενοι ἐν τοῖς τοιούτοις θλιβήσονται· οἱ δὲ τὰ πνευματικὰ διώκοντες ἐν τοῖς πνευματικοῖς πονοῦσιν· οὗτοι μακάριοι ἔσονται, ὁ γὰρ καρπὸς αὐτῶν πολὺς ἐν Κυρίῳ. Ἔχε ὑπομονὴν τελείαν ἐν ᾧ ἐκλήθης ἔργῳ. Ἀσφαλίζου τὰς ἀγκύρας καὶ τὰ σχοινίσματα, ἵνα μὴ κατὰ βραχὺ ἐξωθῇ σου τὸ σκάφος εἰς τὸ πέ- D λαγος, καὶ τότε ἡ πεῖρά σε διδάξει ὁποίας εἰρήνης ἀπέλαβες ἐν τῷ λιμένι τυγχάνων· ὁ κόσμος παρωμοίωται τῷ πελάγει, λιμένι δὲ, ὁ ἀσκητικὸς βίος. Μὴ ἀγάπα περιπολεύειν, ἀλλὰ μᾶλλον τῇ ὑπομονῇ κέρδησον τὰ σκάνδαλα τῆς ἀποδημίας. ἵνα δὲ καὶ τοῦτο εἴπω, ὅταν περιέλθωμεν ὅλον τὸν κόσμον, ἔσχατον οὐχὶ τὸ κελλίον ἡμᾶς περιμένει, ἐάνπερ σωθῆναι θέλωμεν; Εἰ δὲ ἐν κοι- E νοβίῳ οὐ καρτεροῦμεν, καὶ καταμόνας οὐχ ἡσυχάζωμεν, ποῦ λοιπὸν ἔσται ἡμῶν τὸ καταγώγιον; Ὅμοιόν ἐστι τοῦτο τῷ λέγοντι, μήτε τὴν θέρμην τοῦ ἡλίου δύνασθαι ὑποφέρειν, μήτε τὴν σκιὰν βαστάζειν, καὶ ποῦ λοιπὸν στῶμεν; Φοβοῦμαι μὴ ἡ κάμινος ἐκείνη διαδέξηται ἡμᾶς. μὴ ὦμεν τοίνυν ἀκηδιασταὶ, μισοπονίαν ἀγαπῶντες. Εἰ δέσμιοί ἐσμεν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ, μὴ ἐπαισχυνθῶ- E μεν τὴν ἅλυσιν τῶν θλίψεων, ἀλλὰ μετὰ χαρᾶς ταύτην ὑπομείνωμεν, τὴν ἔλευσιν αὐτοῦ προσδοκῶντες τὴν ἐξ οὐρανῶν, ἵνα ἡμᾶς συναριθμήσῃ τῷ χορῷ τῶν ἁγίων· οἱ γὰρ κοινωνήσαντες τοῖς παθήμασιν αὐτοῦ, κοινωνοὶ ἔσονται καὶ τῆς παρακλήσεως. Εἰ δὲ καὶ περὶ τοῦ κόπου τοῦ ἔργου δυσφορεῖ τις, πόσοι εἰσὶν κατὰ τὸν κόσμον χειραλγοὶ καὶ ποδαλγοὶ, ἄνδρες πλούσιοι, καὶ ὑπὸ πολλῶν δορυφορούμενοι, οὐδὲ νύκτα

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/ephraem1732-1/0462
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg